



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

- 1 Variare an liceat, qui semel elegit, dic q sic, secundum tex. in l. si sterilis. §. fin. ff. de act. empt. & ita Neap. indicatum fuit, ubi quidam d. Antonius maritavit filiam, & ultra dotem promisit eam tenere in domo sua, contententes insimul. decisum fuit quod dādo habitationem extra domum. tacita remaneat. & sic licuit variare per tex. d. §. fin. q. not. Ita Affl. deci. 146.
- 2 Amplia. ut filius qui tacuit per annos 30. & non petiit hæreditatē paternam & per consequens exclusus a dicta hæreditate ex capite, unde liberi, potest etiam adhuc eam petere intra alios 30. annos ex capite unde legitimi, ut communiter Bal. Corn. Castr. & Ias. in l. licet. C. de iure deliber. Alex. consi. 90. col. 2. uol. 2. Guido papa sing. 89. cum sequen. & sic variare licet.
- 3 Amplia. etiam in contractibus citro, utroque obligatoris, & in personis contrahentium, qui ambabus ipsius contentantibus possunt resolvere contractum, & sic variare, re tamen integra, secundum tex. in l. sicut. C. de act. & obligat. & l. quamvis. C. de transact.
- 4 Amplia. similiter in additione hæreditatis, quæ non affert, nec lucrum, nec damnum hæredi non conficiendi inventarium, secundum Affl. deci. 3. nu. 17. quia addita hæreditate, potest hæres, postea se abstinere, si considerat illico illam magis damnosam, quam utilem, petita restitutione, quia hæreditas adita repudiari non potest. l. sicut. C. de repud. hæredi. nisi petita restit. ut l. i. C. si ut se ab hæred. abst. Corn. consi. 61. f. uol. 4.
- 5 Fallit in sententia diffinitiva quæ per proferentem non reuocatur. l. postquam iudex. ff. de re iudic. Bar. in l. i. in princ. 3. col. ff. ad Turpillia. doct. in l. actorum. ff. de re iudic. Alex. consi. 118. nu. 12. uol. 3.
- 6 Fallit in uoto religionis, ut si quis iuravit ingredi uotum religionis S. Fracisci, & postea ingrediatur aliam tenet ingressus. secundum c. qui post uotū extra de regulat. 3 Fallit

- 3 Fallit in testibus deponentibus in causa falsi, qui si deponunt in eo in quo consistit substantia principalis negotii, actum est de eis secus in accessoriis, quia ex hoc non censentur uariare & se remouere possunt nec reprobati possunt, secundum Gramma. deci. 43. nu. 2. fol. 182. all. c. dudum. uerfi. substantia extra de conuer. coniuga. & Bar. Cyn. & Ang. in l. qui sententiam. C. de pen. Bal. in l. i. in fin. C. si plur. una sententia.
- 4 Fallit in filio ratione suitatis, qui si adit hereditatem potest infra triennium mutare uoluntate & hoc si ipse uiuit, secus si moriatur, quia hanc libertatem & hoc ius non transmittit ad heredem. Ita not. dicit immo Ang. & Roma. in l. uentre. ff. de acqui. hered. Ias. in l. si quis. C. de repud. & abst. heredit. nu. 4. & 5.
- 5 Fallit in legato secundum Ro. in sing. 69. ubi fuit legatus usus magni palatii cuidam pauperi. Is elegit certam partem pro suo usu querit an possit uariare & totum palatium habere, dic, qd sic tex. est in l. diuus. §. licet. ff. de usu, & habita.

REGULA CCXX.

- 1 Vagabundi in illis locis ubi delinquent puniri debent. doct. in l. i. C. ubi de crim. agi oportet. & doct. in l. haeres absens. §. proinde. ff. de iudic. & ibi Cur. iun. nu. 10. ubi tenet qd isti uagabundi & sine domicilio ibi puniri debent ubi crassati sunt, & hoc idem Cald. in c. i. de rapt. & l. i. §. praetor. ibi habitationem non habeant, & ibi glo. & Bar.
- 2 Amplia. hoc idem de raptoribus & assassinis, pro ut Io. de Anna. in d. c. 1. nu. 2. de rapt. tex. in l. unica. C. de rapt. ibi sine fori per script. & ibi Bal. nu. 8. & Saly. nu. 15. Marf. consi. 105. & Gem. in c. pro humani de hom. in 6.
- 3 Fallit in uagabundo qui habet habitationem in aliquo loco, quia tunc remitti debet. Abb. in c. fin. de rapt. nu. 13. Melch. reling. in d. c. fin. nu. 9. & 10. de foro compe. & ita sentit Annania in d. c. i. de rapt. ubi dicit qd non est sub